


1494
6478

WCE
735

B







UW

~~2940~~

①¹⁵_{s.} E. 735.

~~ss~~
~~28~~



1. This is a list of the names of the
persons who were present at the
meeting held on the 1st of
January 1850. The names are
written in the order in which
they were called.

2. The names of the persons who
were present at the meeting
held on the 1st of January 1850
are as follows:

3. The names of the persons who
were present at the meeting
held on the 1st of January 1850
are as follows:

4. The names of the persons who
were present at the meeting
held on the 1st of January 1850
are as follows:



1. Celsi veronensis Can. reg. Palatiniensis Cong. Dissuasoria
re christiani principes ecclesiasticos usurpent. Censur.
Quaestio disputata per eundem, an aliqua respub.
possit conducere iudeos ad facerendum sine peccato
et an papa valeat concedere quod id fieri possit
sine peccato. Bononiae platonis de benedictis
1494

2. ejusd. monumentum Compendiosum pro Confess-
-ionibus Cardinalium Reliquorumq. proditorum
propter Communes Confessionum regulas; scribebat
auth. an 1478

3. proelectio sacra^{ta} habita à jonn. de pinada
sac. s. scripturarum professore anno 1602 pp. 32

4. julii M. Junii De felicitate Lib. 4. veronae
fratrum de sabio 1531

5. Hieronimi ~~Balbi~~ Balbi Dialogus Cujus
argumentum versibus expeditur.

It. in Verbu. Captiv. Gentior. Cap. V. Dilectus meus, Can-
didus et cultissimus, electus et militissimus:

Suo Reuerendissimo patri & Domino, D. B. Ze-
no diuina miseratione presbytero Cardinali san-
ctę Marię i porticu. Celsus Maphens ueronensis.
canonicus regularis congregationis Lateranensis
Salutem eternam & comendationem peto p[ro]p[ri]a.

N^o. 2.



I reuerendissime pater & domine
dixerimus quia peccatum non ha-
bemus iuxta Iohannis apostoli sen-
tentiam nosmetipsos seducimus &
ueritas in nobis non est. Ideo pie ac
recte a sancta matre ecclesia institutū arbitror: ut
omnis utriusq[ue] sexus semel saltem i anno propria
cōfiteat[ur] peccata: quo per huiusmodi confessionis
humilitatē auctori nostro reconciliari mereamur
cum quo peccando inimicitiam contraxeramus.
A quo quidē salutare p[re]cepto nec uos qui eccle-
siastica p[re]eminentia insigniti estis exemi-
t. Cū magis deceat eos qui excellentiori fulgent digni-
tate etia[m] puriori conscientia nitere: Ceterisq[ue] qui-
bus p[re]sunt fidelibus non solū bene uiuendi p[re]-
cepta tradere: sed etia[m] exempla monstrare. Tuo
itaq[ue] p[re]cipuo hortatu & iussu ac nō nulloꝝ alioꝝ
patrum in hoc breui scrutatoriolo aliqua congesi

a

25
24
Exuv 735
p. 2

capitula: que uobis atq; uniuersis ecclesie prelati
confiteri uolentibus p scrutanda conscientia preter
comunes regulas quantum coniector satis comode
in seruire ualebunt. Nam iussis tue. R. dominatio
nis non parere mihi grauissimum crimen committere
uideret: cum quicquid in me est ingenij uel uirtutis:
quod tamen parum uel nihil esse arbitror: tibi & ec
clesie sancte dei cupiam debere ascribi atq; dicari.

Incipit Monumentum compendiosum pro confes
sionibus Cardinalium reliquorumq; prelatorum preter
comunes confessionum regulas a Celso Mapheo
Veronensi canonico regulari congregationis La
teranensis congestum.

Capitulum primum de ingressu ad dignitates or
dinesq; ecclesiasticos quantum ad seipsum spectat.

Primo an acceperit beneficia: dignitates: uel ma
gistratus ecclesiasticos excommunicatus: irregula
ris: suspensus uel interdictus. quia non haberet
executionem eorum. ¶ An acceperit ordines ali
quos similiter excommunicatus: irregularis: sus
pensus: uel interdictus: uel etiam in peccato morta
li: quia semper peccasset mortaliter. Et in primis
quattuor casibus non haberet executionem ordinum.

¶ An acceperit huiusmodi dignitates per symo-
niā & maxime beneficia. quia teneret renūciare.
Et anteq̄ dispēsaret per papam haberet beneficiū
furtiue: nec faceret fructus suos. ¶ An acceperit
beneficiū ob obsequia temporalia principaliter.
quia etiā non excusat a symonia. ¶ An procura-
uerit habere beneficiū curatū pro se. & impetra-
uerit/etiā si sit alias dignus: quia tales preces esti-
mant p̄ indigno uidelicet pro ambicioso & pre-
sumptuoso. Et est symonia & p̄ consequens pec-
catū mortale secundū Thomā. 2^a 2^e q. 100. ar. 5.
in respon. 3. arg. & in. 4. sententiarum di. 25. q. 3.
ar. 3. in respon. ad 4^m arg^m Et secundū Ray. Hu-
go. Host. Goff. & alios. Et secundū aliquos tene-
retur renūciare. Pro beneficio antē simplici licet
porrigere preces p̄ se si alias talis sit dignus. Ali-
qui uolunt q̄ liceat petere ī generali beneficiū ad
sui sustentationē nō habendo oculos ad curā ani-
marū neq; ad gradus dignitatem. Tamen Aug⁹
19. de ci. dei. c. 19. dicit. Locus superior sine quo
populus dei regi nō potest & si administratur ut
debet: indecenter tamen appetitur. & habetur. 8.
q. 1. Qui episcopatum. ¶ An habuerit multa be-
neficia simul curata. uel habentia dignitatē sine

specialissima dispensatione papę: quia alias tene-
retur ad restitutionē fructuū. extra de preben. c.
de multa. ¶ An habuerit plura beneficia simpli-
cia uel curata etiā p papę dispensationē nō ad ne-
cessitatē sui status sed ad superfluitatē. nō uidetur
conscientia tuta quo ad deū: quia talis potius dissi-
patio q̄ dispensatio dicenda est. ¶ An fecerit ua-
rias permutationes beneficiorū sine speciali licen-
tia papę. quia symoniacū iudicatur. ¶ An male
tractauerit beneficia que iuste ac iuridice habuit
uidelicet in cultu diuino: quia nō fecit ibi impen-
di debita obsequia. In edificijs quia ea ruere dimi-
sit. In possessionibus quas male curari fecit. Non
enim in his excusat a mortali. imo tenet ad resti-
tutionē notabilis damni si euenit eius negligē-
tia uel incuria. ¶ An male expendit fructus be-
nificiorū uidelicet q̄ ultra necessitates suas ac fa-
milię honestę dedit eos consanguineis non indi-
gentibus: adulatoribus: histrionibus: epulonibus:
lenonibus: luxuriosaq; parauit conuiuia. quia hec
bona pauperū sunt. & ad redemptionē peccatorū:
qui ea reliquere. sanguisq; exquiret eorū: & pec-
cata clamant ad celū. ¶ An iusta debita contracta
a predecessoribus suorū beneficiorū noluerit sol-
uere in damnū pauperū & creditorū. quia tenet.

¶ An ex fructibus ecclesie emerit res immobiles
p consanguineis. quia huiusmodi res debent esse
ecclesie. Et an emerit nomine alterius ut possit li-
bere legare cui uelit uidelicet filiis suis aut matri-
bus eorum. quia fraus est & sacrilegium. teneturq; ec-
clesie restituere. & non potest ille uel illa tute possi-
dere licet etiam esset ut dixi filius uel filia. ¶ An
non curauerit seruare iura & priuilegia suorum be-
neficiorum uel ex negligentia perire permiserit.
¶ An alienauerit res ecclesiasticas mobilia uel
imobilia non cum euidenti utilitate ecclesie; aut etiam
non seruata forma iuris. quia grauissimum peccatum
est. Et anime defunctorum qui ea reliquere uindictam
expetunt. ¶ An renunciauerit beneficiis suis ut
dentur nepotulis: consanguineis: amicis indignis
uel spe premij: aut precio iam accepto.

Capitulum secundum de ingressu ad dignitates
beneficiaq; ecclesiastica quantum ad alios spectat.

An commiserit symoniam in collatione beneficiorum.
quia si secrete id egit ultra peccatum mortale est
suspensus quo ad se. Si uero notorie est suspen-
sus etiam quo ad alios. Si autem ipse non commisit

querendum est an fuerit cooperatoꝝ uel medius
huiusmodi contractus symoniaci uel consiliuꝝ de-
derit uel saltem non prohibuerit in familiaribus
in subditisq; suis. cum id sibi ex officio prohibere
incumbat: quia etiam hoc pacto non excusaretur
a mortali. ¶ An etiam contulerit aliquos ordines
symoniace. Et si id secrete egit / ultra mortale erit
suspensus quo ad se. Si uero notorie / suspensus erit
etiã quo ad alios. Sed in utroq; casu ordinatus erit
suspensus ab executione ordinuꝝ & indigebit dis-
pensatione. ¶ An contulerit ordines alicui clerico
nõ habenti tituluꝝ uel beneficiuꝝ. uel saltem patri-
moniuꝝ sufficiens: quia ultra peccatuꝝ tenet ei ex-
pensas facere. quoadusq; prouiderit sibi de bene-
ficio: nisi forte alius episcopus sibi commisisset:
quia similiter ille ad hanc prouisionẽ teneretur.
¶ An contulerit alicui eadẽ die duos ordines sa-
cros. uel quattuor minores cũ subdiaconatu: quia
est suspendendus a collatione taliuꝝ ordinuꝝ. ut. c.
litteras. ii. et. c. dilectus extra de temp. ordi. Et an
contulerit ignoranti & indigno. & nõ fecerit eum
debite examinari. quia ultra mortale est suspen-
sus a talis ordinis collatione per annum. ut in. c.
Nullus. eo. ti. li. 6. Vel contulerit alicui alterius
diocesis sine litteris dimissorijs: quia similiter est

suspensus per annū a collatione ordinum. Et in-
terim clerici sui absq; ipsius licentia possunt a ui-
cinis episcopis ordines recipere. ut. eo. ti. eos. li. 6.
¶ An contulerit plura beneficia uni in casu non
concesso uel plures prebendas aut dignitates: seu
alia plura officia. uel fuerit cooperatoꝝ huiusmo-
di collationū. ¶ An contulerit beneficia curata
nō habenti etatem legitīmā que est annorū. xxv.
aut his qui nolunt se facere ad sacerdotiū promo-
ueri infra annū: cū id iure prohibeat. ¶ An per
preces suas carnales impetrauerit beneficiū sim-
plex. uel curatū pro indigno: quia tunc estimant
preces ille loco precij & dicunt carnales: ut uideli-
cet si homo ille esset male uite. uel ignorans: uel
ambiens: quia ut dicit Gregorius. Locus regimi-
nis sicut desiderantibus est negandus: ita fugien-
tibus est offerendus. s. q. 1. In scripturis. Aut ali-
quo alio modo indignus: quia peccatū esset mor-
tale. & iudicat̃ symoniacū: & omnia mala que ex
illa collatione sequunt̃ sibi ad iudiciū imputabunt̃.
¶ An fecerit conferri beneficia iuuenibus nō in-
tendentibus clericari sed uxorari: aut pro aliquo
tempore gaudere ex prouentibus beneficiorum.
quia certe peccatū graue est & contra intentionē

ecclesie: eorumque qui ecclesias dotauerunt. ¶ An
quando contulit beneficia uacantia uoluit pro se
spolia defuncti aut fructus collectos beneficiorum
retinere aut colligendos: noluitque ea tradere his
quibus beneficia contulit. ¶ An in delectionibus
propositionibusque uirorum ad dignitates: prela-
tiones seu beneficia ecclesiastica non semper prepo-
suit sanctiores: doctiores: prudentioresque: sed po-
tius alios ratione affinitatis: consanguinitatis: ami-
citię: odij ue: aut seruitutis: seu pertinacię. quia in
his uix quis a mortali posset excusari. ¶ An pro-
mouerit aliquos ad ecclesiasticam dignitatem. uel
fuit causa promotionis eorum presertim ad anima-
rum curam: quos ipse nouit perseuerare in peccato
mortali. quia sic a nullo doctore excusaretur a pec-
cato mortali: licet ille talis quo ad alia exteriora
estimaretur dignus. Vnde legitur de sanctissimo
Leone papa quod cum per dies quadraginta uigilasset
ad altare sancti Petri pro remissione suorum peccatorum
beatus Petrus per uisum dixit omnia sibi peccata
remissa: illis exceptis que ex promotionibus insuf-
ficientium commiserat. ¶ An similiter sustinuerit
aliquos tales perseuerantes in peccato mortali in
huiusmodi beneficijs curatis. cum eos posset am-
mouere si illud sibi incubat ex officio. quia illud

est relinquere gladiū ī manu furiosi. propter hoc non excusat a mortali maxime ex regula que ait : Qui causam damni dat damnum dedisse uidetur. ¶ An fuerit impedimēto habentibus celū ecclesie dei: ut nō proponāt meliores: doctiores ue ad dignitates aliaq; officia ecclesiastica. ac etiā ne alia multa bona sanctaq; & ad reformationē ecclesie dei necessaria exequant. īmo tales uiros deluserit detrahendoq; eis hypocritas uocauerit.

Capitulum tertium de regimine uite quantum spectat ad seiplos.

An existens in peccato mortali: uel excōmunicatus: seu suspensus: aut irregularis: uel interdictus executus fuerit officiū alicuius ordinis. quia semper mortaliter peccasset. Si autē excōmunicatus: suspensus uel interdictus. ultra peccatū mortale incurrit irregularitatē. Sed irregularis p̄ quacūq; uice exercet officium suum peccat mortaliter.

¶ An concubinā notorie tenuerit: quia suspensus est ab executione beneficiorū & ordinum: & maxime a celebratione missę: & si exequit̄ efficit̄ irregularis & indiget dispensatiōe papę secundū Host. ¶ An laxauerit habenas ad consuetudines

uanaq; colloquia cum mulierculis/ ex quo multi
scandalizant: & ipse hoc nouit. licet malū nō se-
quat in seipso/ nō tamen est tutus a peccato mor-
tali propter scandalū aliorū: quia ut plurimū mi-
nores maiorū imitant exempla. Similiter de con-
suetudine etiā masculoꝝ formosorū ac more mu-
lierum ornatorū aliqua perscrutatio fieri potest
propter scandalū & murmuraciones pusillorum.
¶ An libenter aures prębuerit delatoribus mur-
muratoribus ue: seu ad detrahendū alios induxe-
rit maxime de sūmo pontifice. cū grauius pericu-
losiusq; illud sit crimen. Nam secundū Bernardū
& detrahens & audiens diabolū portat/ in morta-
liq; crimine uersatur. ¶ An delectatus fuerit co-
ram pusillis disputare contra fidem. contra īmor-
talitatē anime: quasi ipse non credat aliam uitam
seu penas inferni uel gloriam paradisi: Et ita ser-
uitores pusilli scandalizant. ob idq; se īmergunt
lasciujs huius uite dicentes alterā uitam non esse
postq; nec patres maiores credunt eam. ¶ An in
ludo schachorū alearum ue multū tempus ami-
serit: delectatusq; fuerit interesse choreis alijs ue
spectaculis non religiosis. ¶ An se totum īmer-
serit secularibus negocijs tēporalibus ue. magisq;
curauerit externa hęc omnia aut bona corporis q̄

animarū que eterna sunt. cū huiusmodi dignita-
tes propter spiritualia principaliter ordinata sint:
q̄ propter temporalia: Et qui magis uacat tempo-
ralibus q̄ spiritualibus dicitur esse secundū Au-
gustinū sal infatuatū euangelij. ¶ An in guber-
natione familie correctioneq; uitiorū multū futi-
bundus clamorosusq; fuerit: modestiā ue omnē
amiserit: que principibus ecclesiasticis præcipuū
ornamentum est. ¶ An proprias iniurias ulcisci
uindicareq; uoluerit: cum patientiæ exemplū suis
subditis esse debeat. ¶ An in uestibus: uasis ar-
genteis: paramentisq; ac reliqua supellectile ni-
mis pomposus superfluusq; fuerit. An similiter
superfluam uoluerit habere familiam fabricasq;
deauratas construere uoluerit cū scandalo secula-
riū ac contra Ambrosij & Hieronymi sententias
12. q. 2. c. Autū. & c. Gloria. & 12. q. 1. c. Episco-
pus ecclesiasticarū. ¶ An pacis studiosus fuerit.
omnes patientia superans. nemini adulator: licet
omnib; affabilis esse debeat. de præsentia digni-
tatis non gaudens: quin magis de onere animarū
sibi cōmissarū dolens: cū sūme formidare debeat
cogitans de singulis sibi cōmissis districte in hora
mortis debere iuxta Gregorij sententiam ratio-
nem reddere. ¶ An studio litterarū toto pectore

nō incubuerit : librisq; sacris magis q̄ secularibus
negocijs nō oblectatus fuerit. ¶ An ad faciendas
elemosynas manus profusas nō habuerit cogno-
scens q̄ quęcūq; bona fidei suę cōmissa sunt: sub-
stantię pauperū sunt. ac purgamēta peccatorū se-
culariū. i. q. i. c. Quoniā. ¶ An nō fecerit exequi
ultimas uoluntates defunctorū. uel non recte dis-
pensauerit legata ad pias causas: aut alia bona in-
certa. ¶ An in cōuersatione religiosorū aliorūq;
bonorū uitorum magis q̄ reliquorū hominū non
oblectatus fuerit: & ad huiusmodi cōuersationes
familiam propriā nō incitauerit atq; compulerit.
¶ An deambulationes suę non fuerint circa uisi-
tationes ecclesiarū locorūq; sacrorū. ac indulgen-
tiarum. nec deuitauerit uenationes ac reliqua se-
cularia exercitia. ¶ An concesserit pecunias suas
mercatoribus ad lucrandū. permiseritq; subditos
clericos quibus interdicta est negociatio id agere
seu alio modo negociari.

Capitulū quartū de regimine uitę quantū
spectat ad officia aliasq; ceremonias diuinas

An omiserit horas canonicas ex negligentia. quia
pro qualibet die uel pro qualibet hora qua omit-
titur officium: nisi infirmitate uel impossibilitate

cōpellat̄ incurrit peccatū mortale etiā si dimittit
officiū beatę uirginis. quando dicere tenet̄ secun-
dum rubricas. ¶ An dicendo horas canonicas se
imiscuerit alijs negocijs uel exercitijs. quia uidet̄
mortale cū nō satisfaciāt p̄cepto ecclesię inten-
tioniq; legis quę intendit obligare tales personas
per aliquod spatiū tēporis ad uacandū circa diui-
na. ¶ An cum somnolentia & multis oscitationi-
bus dixerit adeo ut nec uerba explicauerit p̄ ma-
iori parte. Ita q̄ tunc secundū doctores tenet̄ refi-
cere officiū uel dicere aliquid equiualens. ¶ An
cū irrisionibus dixerit officium; aut leuitates fieri
ab alijs passus fuerit tempore officij ita q̄ animus
eius distractus fuerit ab officio. ¶ An cū diceret
officiū mente circa alia uagauerit uoluntarie non
curans de attentioe ad officiū; quia uidet̄ mortale
Secus est si p̄posuerit uelle attendere sed distra-
bit̄; & tamē cū aduerterit displicet ei. quia atten-
tio uirtualis sufficit secundū doctores. ¶ An di-
xerit matutinū hora tertiarū. uel uesperas quarta
hora noctis. uel horas nō dixerit nisi cū maxima
ipsaz transmutatione. uel omnes horas simul in-
glutierit quo liberius uacet nugationibus nō ne-
cessarijs. ¶ An cū iuit ad refectiones benedixe-
rit mensam & quę cibo sumpturus est. Similiter

an post ciborū sumptionē egerit gratiarū actio-
nes ut præcipit̃ di. 44. c. Non licet. ¶ An in cōui-
uijs fecerit aliquos legere factas lectiones ut dicit̃
di. 44. Pro reuerentia. Nam dum corpus reficitur
diuersis ferculis nisi lectione retrahat̃ lingua in
detractionibus relaxat̃ ut dicit̃ Gregorius. & ha-
bet̃ di. 44. Cōuiuia. ¶ An nimis negligens fue-
rit ad celebrandū. quia saltem in diebus solenni-
bus celebrare debet. ne frustra uideat̃ tam excel-
lens accepisse talentū. uel ipsum in terrā fodisse.
quia forte non excusat̃ a mortali. uel si celebrauit
nō dictis matutinis & prima: ut est de more Ro-
mane curiæ: quia si etiam secus egisset tenetur de
mortali secundū quasi omnes recte sentientes. Et
maxime de matutinis. ¶ An cū passus fuit pollu-
tionē nocturnā ex causa mortali: uel quam dubi-
tat mortalem celebrauerit: quia uidetur secundū
Thomā fuisse mortale. nec excusat̃ per confessio-
nem ut non debeat abstinere a consecratione uel
cōmunionē: nisi forte propter necessitatē populi
excusaret̃ qui esset in die festo absq; missa. Talis
necessitas posset facere q̃ etiam contritus & non
confessus quando deest copia sacerdotis posset ce-
lebrare sine peccato cum proposito confitendi. Si
uero causa pollutionis fuit uenialis. tunc peccaret

uenialiter. ¶ An in confectiōe sacramentorum
uel administratiōe omiserit debitā materiā: uel
formā: uel ritū. In quolibet horū est mortale: etiā
si id egit ex ignorātia crassa. ¶ An cū multa irre-
uerētia seu irreligiositate tractauerit omnia diui-
na. dissolutionesq; fecerit in ipsis. seu nugationes:
risus: derisionesq;. ¶ An assiduus nō fuerit ad fre-
quentiam orationum: quibus ei lumen de celo ad
regendū populū sibi cōmissum exhibet & ardet
ad perficiendū quod sibi ex officio iniunctū est.
¶ An diebus festiuis uel dominicis non fuerit in
ecclesia ad diuina ut dicit de conse. di. 3. Epūs.

Capitulū quintū de regimine uite prela-
torum quantū spectat ad curam aliorum

An in suis beneficijs maxime ubi habet cura ani-
marum non posuerit uiros prudentes: doctos: &
timoratos: quia si ignorantes & iniquos. & tales
cōmiserint errores sibi imputabuntur. ¶ An nō
dederit operā ut suis temporibus omnia suis sub-
ditis impendant sacramenta ut crisma. cōsecratio-
nes: reliquaq; omnia sacra necessaria: que si sua
negligentia omissa erunt non excusabitur a mor-
tali. ¶ An nō curauerit ut summo studio omnes



ecclesie suis diocesibus subiecte per idoneas sanctasque personas uisitent maxime si id munus ipse perficere non poterit aut noluerit. cum iure cautum sit ut semel in anno omnes ecclesie ab episcopis uisitentur. 10. q. 1. Decernimus. & c. Episcopum. Et quod in ipsa uisitatione crimina puniantur. quia alias quecumque ibi inordinata commissa fuerint sibi ascribentur. ¶ An quando fecit uisitare uel ipse uisitauit magis motus fuerit spe census uel lucri quam salutis animarum. ¶ An in huiusmodi uisitationibus nimium aggrauauerit uel permiserit aggruari subditos suos aut ecclesias sibi subiectas ipsasque uisitationes non fecerit cum paucis seruatoribus paucisque equis propter euitandas expensas superfluas pauperum sacerdotum. quia quandoque una die fit consumptio ciborum multorum dierum. ¶ An concesserit uices suas aut iurisdictionem suam: que est quid spirituale: aliquibus sub aliquo precio uel sub annuo censu contra id quod dicitur extra Ne prela. uices suas. c. 1. 2. & 3. ¶ An in huiusmodi uisitationibus a se factis non correxerit sacerdotes notorios concubinos adulteros ac omnia alia uitia criminalia manifesta dico manifeste & secreta secreta. Et illa de quibus habuerit aliqualem noticiam ulterius

non quesierit uel subtilius inuestigauerit. Et hoc
ex negligentia crassa uel muneribus uictus uel ti-
more humano. quia nō excusat a mortali nisi for-
te id faceret ad uitandū maximū scandalū. Secun-
dum enim Augustinū ad Valeriū: Nihil in hoc
mūdo tristius: miserabilius: & damnabilius epi-
scopi dignitate si perfunctorie. id est negligenter
& adulatorie res agat. di. 40. Ante omnia. ¶ An
doctrina: exhortationibus: & exemplo sanctitatis
conatus non est sibi subditos deducere ad pascua
uite. Et si ipse ignorauerit uel nō habuerit exerci-
tiū declamandi in populis: nō est conatus habere
optimos p̄cones christi: qui populos ad uirtutē
inflammant & retrahant a uitijs & huiusmodi.
¶ An si ipsemet p̄dicauerit populis sibi subie-
ctis id egerit ī peccato mortali. quia totiens pecca-
uit mortaliter quotiens p̄dicauit. secundū Tho.
Leuitici. 21. erat p̄ceptū ut qui haberet maculā
nō accederet ad ministeriū aliquod dei sui. quod
intelligitur secundū Gregoriū de peccato morta-
li. di. 49. Hinc etenim. ¶ An ī diffiniendis causis
dandisq; sententijs p̄termisso ordine iuris: suo
se uoluerit capite regere tanq̄ optimo decreto. uel
noluit iudicare cū deberet. & ex hoc aliqs amisit

b

ius suū / graueq; passus est detrimētū. quia mortua-
liter peccauit. teneturq; secundū doctores ad esti-
mationē litis. ¶ An odio: amore: timore. uel cen-
su protulerit iniquas sententias. aut id etiā egerit
ex ignorantia crassa. quia nō excusat a mortali. &
tenet parti lese / si ille pro quo sententiam protu-
lit nō uult satisfacere. ¶ An magis punierit sub-
ditos poena pecuniaria ex auaricia q̄ alia poena.
¶ An fecerit uerberari clericos p̄ manus laicorū:
nisi quādo essent incorrigibiles. quia periculū est
excōmunicationis. ¶ An nimis uelox fuerit ad
fulminandas excōmunicationes precipiendumq;
omnia sub censuris ecclesiasticis: & maxime ī his
in quibus ei subditus nō tenet obedire: ut puta re-
uelare peccata criminalia aliorum occulta & simi-
lia. quia tunc etiā non excusat a mortali. ¶ An in
inquisitionibus criminū: accusationibus: denūcia-
tionibus uel prolationibus sententiarū & huius-
modi precipitanter nimis se gesserit cū scandalo
& detrimēto subditorū. ¶ An in iudicijs excesserit
fines auctoritatis suę uel mandati. quia nō ex-
cusaretur faciliter a mortali. ¶ An dum iudicare te-
net nō elegerit auditores: assessores: uel cōsulto-
res doctos: ne aliquid precipitanter uel ignorāter

ageret. quia nō excusaret a peccato & a restitutio-
ne damni dati si secus fecisset. ¶ An acceperit pe-
cuniā cū sit iudex ut iudicaret etiā iuste. quia non
excusatur a mortali. Moderata tamē enxenia po-
test accipere. di. 18. de Eulogijs. Delegatus tamen
pōtest accipere moderatas expensas pro se & pro
assessore.

Capitulum sextum de regimine prelato-
rum quantū spectat ad excellentiam
dignitatis auctoritatisq; eorum.

An cū fuerit inter primates ecclesie non conatus
sit etiam alios precellere sanctimonia: doctrina:
prouidentia & sapientia. nolueritq; ut congruum
est primū locū illū ornare sūmis uirtutibus. Nam
cardinales secundū doctores representant ange-
los assistentes domino & presertim Seraphim. &
episcopi angelos missos. ¶ An in creandis eligen-
disq; alijs nouis cardinalibus magis secutus fuerit
fautores uotaq; principū: q̄ rectū conscientie iudi-
ciū. ¶ An elegerit aliquos cū cōuentione & pro-
missione suorū uotorum de rebus suis in concilijs
proponendis: aut saltem de electione ipsius uel
eius amici quem ipse uoluerit ī futurū pontificē.

¶ An magis delegit cariores sibi q̄ sanctiores & utiliores ecclesie dei seu qui forent ad precipuū ornamentū illius sacri collegij. Nam cardinales a spiritu sancto iudices orbis cōstituti sūt. ideo precipua sanctimonia nitere debent. Sunt etiam consultores orbis. ideo singulari doctrina debent fulgere. Sūt demū rectores uniuersi orbis. ideo etate grandēui. aut saltem usu multarū rerū debent preeminentes esse. ¶ An in relationibus que de more p̄ assumendis ad dignitates suis in concilijs fiunt. nō iuxta rei ueritatem & promouendi mores alijs patribus pure & recte retulerit: quia tunc eorū collegiū ueritate & rectitudine iudicij eius opera fraudat. ¶ An ab alijs patribus uota in fauorem suorū promouendorū iniuste extorserit etiam cū pollicitatione de rependendis sibi alias huiusmodi iniquis uotis. quia non excusaretur a mortali. ¶ An reuelauerit que dicta uel tractata sunt secrete ī eorū cōsistorio: uel habet a pontifice sub silentio: aut scripserit extra curiā & maxime principibus ad aucupandū eorū gratiam: uel ad beneficia consequenda. ¶ An quandoq; consuluerit pontifici in his que sibi ad ruinā & ignominiam futura sunt. Et an idipsū egerit cum alijs

patribus sui collegij quasi aliorū opprobrium ad
eius cedat singularē gloriam. ¶ An promittit uo-
tum suū extra consistoriū & ad partē in re graui
cū id quandoq; cedat ad scandalū sui uel contra
fratrum suorū & contra essentia sui officij sit. Nam
substantia officij cardinalatus est bene consulere.
Consiliū autē secundū Aristo. 3^o ethicorū est de
re dubia. & quę longo indiget discursu. Auditis
enim postmodū rationibus aliorum patrum con-
tra id quod faciliter promiserat si id noluerit ser-
uare leuis aut infidelis existimabitur. Sed si id in-
ique seruare uoluerit ad pertinaciam in malū &
ad sui ipsius interitum attribuet. ¶ An demū in
omnibus consultationibus : diffinitionibus : seu
uotorū exhibitionibus reliquisq; in suis concilijs
pponendis animū nō seruauerit liberū imo ma-
gis secutus fuerit factiones : odia : amicitias : pro-
priaq; cōmoda. ¶ An etiā in proponendis i con-
cilijs timore aut gratia pontificis seu aliorū patrū
libere loqui noluerit ob idq; aliquid diffiniri uel
cōcedi permiserit ubi dei uel proximi offensa in-
teruenerit : & sic a culpa mortali non excusabit.
¶ An similiter timore uel gratia humana deui-
ctus : quod conscientia sibi dictauerit defendere

uel libere oppugnare noluerit. Et licet ea in re dei
offensa directe non interueniat: tamen maius bonum
honoris diuini: ecclesie commodi: uel iusticie
proximi omittit: quod forte ex sua libera consul-
tatione fortiter effectum. ¶ An in electione summi
pontificis uicarij christi: successoris Petri: pastoris
uniuersalis ecclesie non elegerit meliorem doctio-
remque. ¶ An ante ingressum conclauis promisit
etiam cum iuramento dare uota alicui inepto aut mi-
nus idoneo ad tantum onus gubernationemque uni-
uersi populi christiani. ¶ An ut ipse etiam conse-
queretur uotum alterius huiusmodi ineptissimo de-
dit uota sua. ¶ An spe premij uel promissione pecu-
nie: officij: uel domus: aut beneficij seu cuiuscumque
alterius que precio estimari possunt pollicitus est
ipse uota sua. ¶ An talia oblata ob huiusmodi ex-
hibitionem suffragiorum postmodum acceperit. quia
non excusaretur a symonia graui. ¶ An ut non da-
rentur uota digno & benemerenti sibi detraxerit
in rebus grauibus & criminalibus: aut quocumque
alio modo. ¶ An similiter permiserit uiolari ec-
clesiasticam immunitatem & dignitatem ut uideli-
cet debitores alijque facinorosi homines extrahantur
a locis sacris: aut que clerici conueniantur a iudicibus

secularibus seu puniant: aut q̄ bona seu eius iurisdictione a secularibus usurpent. ¶ An similiter fecerit clericos soluere talias: gabellas: pedagia: aliasq; angarias: uel saltē permiserit quia eos pro uitrii sua non defensauerit: cū ad eū maxime spectet: Et iure antiquo & nouo clerus ab huiusmodi oneribus immunis esse debeat. ¶ An in uotis & iuramentis: alijsq; sententijs & casibus sine causa rationabili dispensauerit. Et p̄sertim de his in quibus nō potuit. cum illud graue sit crimen. Sed longe magis si dispensauit de operibus perfectionis: ut de uoto castitatis & religionis: ubi secūdū doctores non datur melior cōpensatio. ¶ An saltem fuerit mediator uel cōsultor huiusmodi dispensationū que secūdū Bernardum potius dicende sūt dissipationes q̄ dispensationes. quia tenetur ad omne damnū quod inde sequit̄. Et tales sic dispensati sine causa urgenti & necessaria non sunt tuti quo ad deū. ¶ An ipse ob dignitatē excellentem cōtempserit iura & decreta sanctę romanę ecclesię. uel nō existimauerit excōmunicationes & alias censuras ecclesiasticas. non feceritq; existimari a subditis suis: passusq; fuerit eos scienter sponte participare cū excōmunicatis a papa in.

diuinis. quia & ipsi incurrunt in eandem excommunicationem papalem. ut extra. de sen. ex. Significauit. ¶ An susceperit & tutatus fuerit causas religiosorum: pauperum: uiduarum: pupillorum: & afflictorum: quoniam prelati debent esse patres & tutores huiusmodi personarum. ut di. 87. per totum. ¶ An demum cum dicantur cardines super quos uniuersus orbis rotari debet non direxerit oculos suos in omnibus semper ad dominum & ad incrementum ecclesie sancte eius: cuius precipua illuminaria esse debent. Nec non ad edificationem & profectum omnium gentium que sub celo sunt. & quarum patres precipui appellandi sunt.

Explicit breue scrutatoriolum pro confessionibus cardinalium reliquorumque prelatorum a Celso Marptheo ueronensi canonico regulari congregationis lateranensis congestum. Incipit eiusdem aliud breue scrutatoriolum peccatorum pro confessionibus.



Primo habende sunt conditiones confiteri cupientis. scilicet an peregrinus. an uxoratus. que sit eius ars & his similia. ¶ Secundo a quo tempore citra confessus aut communicatus non est.

¶ Tertio an tunc omnia dixerit sacerdoti peccata
feu in aliquo ei mentitus sit. ¶ Quarto an tunc
perfectā habuerit cōtritionē & propositū satisfā-
ciendi de omnibus tūc sibi necessarijs. ¶ Quinto
an cōpleuerit omnia sibi iniuncta : & an in statu
gratię: quia quēdā in peccato mortali non ualent
secundū Thomā & non nullos alios ut orationes
& cętera. Et si nō fecit utrū recordet̄ pœnitentię.
¶ Sexto cui confessus est: utrum habenti utranq;
clauem. s. scientię & potestatis. Nam in similibus
homo reiterare tenetur confessionē aliquo modo
¶ Septimo an nunc de omnibus offensis doleat
& uelit satisfācere : atq; aliena reddere si habet.
¶ Octauo an nunc sit excōmunicatus uel fuerit
tunc quando alias confessus fuit. quia nō fuit ca-
pax absolutionis nec nunc esset nisi prius habita
absolutione ab excommunicatione. ¶ Numerus
semper mortaliū peccatorum dicendus est: qui si
pro certo sciri non potest iuxta id quod coniectur-
atur dici potest.

SVPERBIA

Superbia est inordinatus affectus proprię excel-
lentię. ¶ Primo homo scrutari potest an deo no-
stro fuerit subditus in omnibus : cognoscens ab

b s

ipso corporalia & spiritualia beneficia: & ex hoc gratias ei debitas reddiderit: atq; in omnibus nomi-
mini eius laudes ascripserit nec non eum ob hoc super omnia dilexerit. ¶ An eius fidei fuerit subditus idest omnia necessaria crediderit & symbolum sciuerit. ¶ An aliquo genere nicromantie usus fuerit. ¶ An ceteris incantationibus: sortilegijs: diuinationibus: signationibus infirmitatū: breuibus: obseruationibus uanis dierum uel stellarū: aut huiusmodi uetularū delirantiū portentis seu somnijs usus fuerit aut crediderit. ¶ An nomen dei in uanum assumpserit idest iurauerit in mendacio uel sine causa. ¶ An peierauerit solenniter. An nō solenniter tamen scienter aut in damnū alterius. ¶ An execratione usus sit puta dicens: Si hoc nō agam possim damnari uel illud mihi accidat. ¶ An fecit quempiā iurare quem sciebat falsū iuraturū. quia occidit animā eius & suam iuxta Aug^m. ¶ An blaffemauerit deū uel sanctos uel ignominiose dixerit per mēbra ipsoꝝ & cetera. ¶ An maledixerit deū uel sanctos: uel dixerit eum hoc nō posse & his similia ut contra uelle eius hoc faciam. ¶ An uota stulta & illicita fecerit & impleuerit. ¶ An uota honesta & lici-

ta implere omisit. ¶ An celebrauerit dies festos:
audiendo missas non laborando & quieti diuine
uacando. ¶ An in ecclesijs & sacratís locis illicita
cōmiserit. Seu rebus sacris abusus fuerit. ¶ An
maioribus tēporalibus & spiritualibus obediens
fuit uel subiectus. ¶ An debitis honoribus profer
cutus est: ac necessaria prouiderit maxime paren
tibus & domesticis. ¶ An se de his iactauerit qui
bus minime p̄ditus est: scientia: existimatione:
sanctitate: fortitudine: prudentia: fide: pulchritu
dine: sanguinis antiquitate: diuitijs: ceterisq; uir
tutibus. ¶ An si ornatus fuerit ijs: tamen se extu
lerit perinde ac proprio ingenio industriaq; istec
omnia assecutus sit: non dei gratia. ¶ An de his
passim se laudauerit uel laudari uoluerit & si a
deo cognoscat. ¶ An ceteros despexit appellans
homines nullius momenti aut existimationis uel
ingenij. ¶ An clericos aut religiosos despexit ap
pellans ipsos hypocritas tanq̄ ipse rectius ambu
let. ¶ An statū suum statui religionis preposuit.
¶ An ornatu inusitato uel eius facultatibus non
conuenienti usus est. seu uxorem uel filios passus
est uti. ¶ An circa ornatum multū temporis con
sumpsit. uel ipso inaniter delectatus est. ¶ An se.

ornauit ut quospiam in sui libidine excitet. ¶ An singularis in omnibus apparere uoluerit. s. dicto opere ornatu & similibus. ¶ An de se nimium presumens periculis mortis exposuerit. s. aut hastiludijs uel huiusmodi. ¶ An alios ad id induxerit presertim ad cursu equoru & cetera. ¶ An se de malis iactauerit aut mala ceu bona defensaauerit: uel se humiliare noluerit de suis excessibus. ¶ An nimis de misericordia dei presumpserit: & ob hoc noxia est aggressus. posthabito timore dei

AUARICIA

Auaricia est non rectus appetitus reru temporalium extrinsecaru. ¶ An supra deum & proximum iusticia & uirtutes pecunia dilexerit adeo qd eius gratia omnia illa contempserit. ¶ An furtu commisit. An rapinam. ¶ An quempiam ad huiusmodi adiuuauerit presertim contra romipetas & peregrinos. quia papalis excommunicatio est per curie processum. ¶ An sacrilegium perpetravit. ¶ An huiusmodi suo auxilio uel consilio peracta sint. ¶ An usura uel pecunia: uel alijs rebus quibus committi potest. s. uino frumento fecit. ¶ An fecit stoca uel alios contractus in fraude usure nomine. s. emptiois uenditiois & locatiois. ¶ An mutuauit ut acciperet aliquid ultra sortem uel aliquod

ab eo consequeret obsequiū. quia sapit usuram.
¶ An in sociis animalium usurę speciem exercu-
it. s. uolens capita imortalia. ¶ An propter tem-
poris dilationem uendidit maiori precio. ¶ An
cambia illicita fecit sicca uidelicet. ¶ An sine ne-
cessitate accepit ad usuram seu mala intentione.
¶ An in emptionibus & uenditionibus comisit
excessum circa maius aut minus. ¶ An uendidit
rem unā pro alia, seu corruptam pro bona. ¶ An
sit peccato symonię irretitus. ¶ An decimarū de-
bitum persoluerit. ¶ An ludo fortunę maculatus
sit. ¶ An datia fraudauerit. ¶ An aliquid accepe-
rit pro actu turpi. s. pro meretricio sodomitio aut
pro labore in diebus solennitatum. ¶ An instru-
mentis uel litteris falsis aut testibus usus sit. ¶ An
mendaciū perniciosum uel sui gratia uel alterius
dixit. quia mortale. Quodcumq; enim mendaciū
iuxta Augustinū peccatū est ueniale uel morta-
le: nec usq; aut unq; eo uti licet. ¶ An res alterius
ad eius manus peruenerint quoquo modo. ¶ An
ob auariciā familię & seruis necessaria nō proui-
derit. ¶ An distulit dare mercedē operarijs indi-
gentibus. ¶ An etiā pecunias uel res alienas aut
suas prodige ac sine rationis ordine distraxit atq;

consumpsit. **INVIDIA**

Inuidia est dolor alieni cōmodi & gaudiū infor-
tunij. ¶ An inuidia gloriā & cōmodū cuiuspiam
impediuit. ¶ An alicuius famā uel existimatio-
nē minuit ei aliquod obijciens crimen. ¶ An ri-
xas discordias ue inter amicos propinquos extra-
neosq; disseminauit. ¶ An murmuraciones atq;
susurraciones hinc inde contra proximū sparfit.
¶ An in malā partē proximū iudicauit seu fini-
stri aliquid de eo suspicatus est nullis tamē eum
ad id impellentibus indicijs. ¶ An gaudium de
eius incōmodis seu tēporalibus seu spiritualibus
suscepit seu stulte ī cachinū prorupit. ¶ An se-
creta cuiusq; reuelauerit p̄sertim habita sub cō-
fessionis sigillo. ¶ An partes & factiones secu-
tus est ex quo proximi perditionem optat. ¶ An
amicis eius inimici optauit incommoda multa.
¶ An etiam de profectu alterius sine modo ra-
tionis exultauit & p̄sertim quando nō sunt de
spectantibus ad deū & uirtutes. ¶ An suis adu-
lationibus aliquē in errorē induxit uel elationē.
¶ An aliquorū male acta applausu suo cōmen-
darit & ex hoc illi in malū confirmantur.

GVLA

Gula est irrationabilis affectus ciborū uel potus. ¶ An fregit ieiunia de precepto: & an ipsis diebus comedit cibos illicitos: puta caseum & oua. ¶ An inebriatus est scienter. s. arbitrans uinū obfuturū sibi. ¶ An crapulatus est usq; ad uomitū. ¶ An gula comedit nociua anime & corpori & ob hoc longiorem passus est infirmitatē. ¶ An tempore infirmitatis contra medici regulas cōtraria comedit. ¶ An cibus nimis laute conditis functus est. ¶ An horas congruas ex ingluuia nō expectauit & in comedendo nimiā habuerit delectationem. ¶ An aliqua ad libidinē prouocantia dedita opera uel sciens sūpserit. ¶ An fuerit causa inebriationis in altero aut fractionis ieiunij.

IRA

Ira est animi imoderata indignatio contra quodcunq; sibi oppugnans. ¶ An ex ira primo aliquē occiderit. ¶ An aliquē mutilauerit seu uerberauerit. aut sanguinē effuderit maxime persone ecclēsiasticę. ¶ An ad horū similia desiderium habuerit. & quotiens determinate. ¶ An eius cōsilio uel precepto uel permissione ī quantū prohibere potuerit tale quid perpetrātū sit. ¶ An ex

odio aliquē alloqui noluerit seu aspicere. ¶ An
maledixerit parentes. aut cuiquam conuitia dixe-
rit uel blaffemia quadam sibi malum optauerit.
¶ An ex ira ī deū uel sanctos indignatus sit: uer-
ba proloquendo insulsa ut dicens deus iniustus
uel partefanus est. & cetera. ¶ An mortē sui ipsi-
us optauerit ira quadam. ¶ An ira fregerit quod-
cunq; obuiū inuenerit. ¶ An maledixerit animas
defunctorū. Seu diabolū inuocauerit in eius pa-
trociniū. ¶ An maledixerit diē & horā natiuita-
tis baptisimū & similia. ¶ An ira nimis clamoro-
sa atq; intonantia semper effuderit uerba. ¶ An
quodcunq; istorū presentia filiorum seu aliorum
puerorū egit qui eius exemplo ad hęc incitantur.
¶ An etiā sua ignauia atq; superflua animi tran-
quillitate uel etiam aliquo humano respectu uel
metu familiā seu quoscunq; errantes nō correxe-
rit maxime quando ei ex officio incumbit. ¶ An
etiam puniens aliquē & si iusticię seruet regulas:
tamen odio atq; mentis indignatione id explet.
¶ An ueniam sibi petentibus noluerit prestare.
uel ipse petere si cuiquam fuit molestus.

LUXURIA

Luxuria est intemperatus animus circa uenereos

actus. ¶ An primo tenuerit concubinā. s. mulie-
rem solutam. ¶ An fornicationē cōmiserit. cum
quantis & quotiens. ¶ An adulterium idest cum
uxore alterius. ¶ An stuprū scilicet cum uirgine.
¶ An incestū quod est cū coniunctis uel consan-
guinitate uel affinitate seu cognatione legali uel
spirituali. ¶ An sacrilegiū quod est cū sacris per-
sonis. ¶ An raptum quod est per uim. ¶ An se-
duxit aliquā pollicens ei perpetuā fidem matri-
monij. ¶ An cū uxore usus est in loco non debito
aut modo nō rationali sed pecudū more: uel cum
quacunq; alia. ¶ An dum cum uxore esset habuit
animum ad aliam. quia mortale. ¶ An tempore
menstrui se abstinuit. ¶ An quādo est pregnans
propter periculū partus. ¶ An diebus solennita-
tum se abstinuit. seu ieiuniorū tempore. ¶ An cū
uxore nō causa prolis aut iusticię seruandę sed so-
la infrenata concupiscentia est usus. ¶ An debitū
uxori reddere noluerit. quia tenet. ¶ An multū
impudice se habuerit circa tactus oscula & similia
quę iuxta Augustinū sacro nō conueniunt matri-
monio. ¶ An dum esset cū muliere egit ut ipsa nō
conciperet: aut ut abortiuū emitteret. ¶ An se cū
masculis miscuit actiue uel passiuē. ¶ An in hoc

aliqua uis uel fraus fuit uel in scio patiente. ¶ An
seipsum polluit uel causa fuit alterius pollutionis.
¶ An in bestialitatem incidit scilicet cum brutis.
¶ An in loco sacro aliquid horum accidit uel die-
bus sacris. ¶ An ex tactu uel osculis pollutio in
altero ipsorum secuta est. ¶ An amoris scripsit lit-
teras seu legit libros ad libidinem prouocantes: ut
eis accendat in malum. ¶ An cantauerit huiusce-
modi inhonesta. ¶ An duxit alios ad procandum.
¶ An mediator horum malorum fuit scilicet preben-
do domum. modum & cetera. ¶ An deliberauerit cum
aliquibus peccare. & cum quantis qualibus & quo-
tiens. ¶ An consenserit delectationibus libidinis
Nam & si actum nollet peccat tamen mortaliter.
¶ An hoc uitio in tantum corruptus fuerit quod infir-
matus sit.

ACCIDIA

Accidia tedium est circa bona spiritualia & corpo-
ralia. ¶ An cum tedio audierit missas & predica-
tiones: ceterasque diuinas laudes. ¶ An negligens
fuerit circa orationes: contemplationes: lectiones:
confessiones: poenitentias & cetera spiritualia.
¶ An negligenter se habuerit circa prouisionem
corporaliu reru uel temporalium necessariaru. ¶ An
satisfecerit officio si quod sibi iniunctum fuerit.

¶ An sit assuetus multū dormire uel stertere
scilicet usq; ad horam tertiā. ¶ An poenituit se
benefecisse. ¶ An spe confitendi peccauit. ¶ An
uanis noxijsq; uerbis atq; fabellis operam dedit.
¶ An a peccatis magis ratione poenę se abstinuit
q̄ ratione dei offensę. ¶ An morū incompolitus
fuerit. ¶ An choreis multū delectatus sit. ¶ An
non fuerit diligens ut familia eius spiritalibus
uacet. ¶ An cuiquam uolenti bona operari im-
pedimēto fuit. ¶ An omisit implere septē ope-
ra misericordię corporalia & spiritalia: quę his
uerſibus cōtinent. Consule castiga solare remit-
te ser ora. Visito potō cibo redimo tego colligo
condo. ¶ Potest examinari de tribus uirtutibus
theologicis/ fide spe caritate. ¶ De quattuor etiā
cardinalibus scilicet prudentia temperantia for-
titudine & iusticia. ¶ De decem p̄ceptis legis.
¶ De quinq; sensibus corporis. & his similibus.

Explicit breue scrutatoriolum seu monumentū
compendiosum pro confessionibus a Celso Ma-
ptheo ueronensi canonico regulari congestum.

.M. CCCC. LXXVIII.

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

ROYAL SOCIETY

cm 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

